

**Dissertatio inauguralis medica, proponens casum, de hyperemesi
gravioribus symptomatibus stipata, cum subsequente delirio ... / [Daniel
Koch].**

Contributors

Koch, Daniel, active 1722.
Depré, Johann Friedrich, -1727.
Universität Erfurt.

Publication/Creation

Erfordiae : Typis Groschianis, [1722]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/phnvhyda>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

15

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
PROPONENS CASUM,
DE HYPEREMESI
MAJORIBUS SYMPTOMATIBUS STIPATA,
CUM SUBSEQUENTE DELIRIO,

QVAM
ADSPIRANTE DIVINA GRATIA,
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO
D. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELLOPOLITANO,

entissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam &
eldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curiae
icario Generali, SS. Theologiae & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico,
ite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem
Moguntiae respective Scholaistico, Canonico Capitulari, & reliq.

AUTORITATE GRATIOSAE MEDICAE FACULTATIS
IN PERANTIQUA UNIVERSITATE GERANA,
PRÆSIDE

N. JOANNE FRIDERICO
DE PRÆ,

OSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE, ANATOMIAE, BOTANICAE
DES ET CHIRURGIAE PROFESSORE PUBLICO, FACULTATIS MEDICAE
ASSESSORE ORDINARIO ET p. t. DECANO, NEC NON CIVITATIS
ERFORDIENSIS SENATORE,

ATRONO ET PROMOTORE SUMMO HONORIS CULTU PROSEQUENDO,

PRO LICENTIA
CTORALES IN ARTE MEDICA HONORES LEGI-
TIME ET SOLENNITER CONSEQUENDI

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

AUTOR ET RESPONDENS,

ANIEL KOCH, Neumarck-Thuring.

DIE II. MAJI ANNO MDCCXXII.

AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJ. HOR. CONSVET.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

DEO,
PATRONIS,
COGNATIS,
ATQVE
AMICIS

Sacrum!



CASUS.



Ir quidam generosus annorum 40. temperamenti melancholico-cho-lerici, habitus corporis carnosus, nimio alias spiritûs vini potui ad-
suetus, omni mane jejuno ven-
triculo nausêâ affligebatur, de
cætero tamen sanus erat. Ac-

autem contra hoc malum à quodam medici-
faciente pilulas, nescio quas, vomitorias. Assu-
verum post semihoræ spatium lipothymiâ ad
m prostratus ad lectum deportatur; indeque
edunt vomitus ultra 40. per totum diem affligen-
tandem duo cruenti, conjunctis aliquot sedibus.
itum autem subinde comitatur lipothymia, sub
em sequuntur motus convulsivi, accedit denique
psia ipsa bis repetens, somnus verò aderat nullus.
anus non erat Medicus, hinc sumit suum nectar,
de spiritum secalinum; sed frustra, nam per vo-
mitum

mitum rejicit ; à potu autem Theé meliuscule se habuit.
Non verò cesserat penitus malum. Hinc altero die peregre accersitur Medicus , qui patientem ostendit in stupiditate quadam , quam mox excipit paroxysmus epilepsiæ satis validus cum spuma oris, faciei contorsione, vociferatione, aliisque symptomatibus consuetis. Sub finem hujus paroxysmi factus est vomitus : Postea verò aderat tremor artuum, convulsiones se subinde manifestabant, præterea cardialgia, sitis, ardor ventriculi, dolor pectus. Dehinc adhibito medicamento, vomitus cessit, neque epilepsia rediit. Sed magis manifestum delirium quoddam se manifestabat, quo patientis abreptus videbat in pannis reptitare pediculos, legebatur, abradebatur : mures & cancri in conclave rare credebatur, & hinc venatum flagello circumferre. Mediâ nocte currus per aream suam vehi itemque canes venatorios hâc duci pronuntiabat : quorum colores se distinguere affirmabat. Se audire putabat tubas, lyras, strepitumque saltantium, & quæ innumera alia sentiebat magis ridicula, semper tamen in facie erat vultu. De cæteris vero omnibus sano judicio differebat, præterquam quod perverse visa atque audita pro veris venditabat, quin à levi alicujus delusione summè iratus convulsionibus corripi videbatur. Hocce delirium durabat ad tertium diem cum venæ, perpetua agrypnia, tremore artuum, appropinquato, absque tamen febre, urina sanorum fuerat, saturatior tamen, pulsus frequens & durus. Tandem ad quietem à turbantibus phantasmatibus a-

bitur per lufum chartularum, cumque huic lufui inhærens longius federet, sentiebat ftuporem pedum, ut incedere ferme nequiret. Hinc dormit, medicamentis fumtis, ultra 4. horas. Poft fomnum autem à delirio erat reftitutus.

Σὺν τῷ Θεῷ.

§. I.

Affectum, quo Patiens nofter laborat, vocamus *Hyperemefin*. Derivatur autem hoc vocabulum à verbo ὑπερμεῖω, quod ex ὑπὲρ & ἐμέω vomo compositum latinè redditur superevomo, id est secundum intendendi τὸ ὑπὲρ in compositione significationem, nimis vomo. Itaque est *Hyperemesis* vomitus nimius seu purgatio nimia per vomitum supra modum eveniens. Sicuti enim *Hypercatarsis* indicat magis purgationem nimiam vel per inferiora tantum, vel per inferiora & superiora simul: sic *Hyperemesis* tantum notat purgationem per superiora justum modum excedentem. Dicimus vero in relatione casûs de sedibus quibusdam vomitum comitantibus, ut ita *Hypercatarsis* appellanda videatur. Sed sedes hæ, qua tales, non erant nimix, quæ lædere potuissent, utpote quæ non æquabant vomitus numero. Sed eos tantum sequebantur secundariò, quod plerumque in vomitu contingit. Hinc vomitus solus, qui ut nimius scenam hanc produxit, est appellandus.

§. II.

Sed de *Hyperemefi* seu vomitu nimio acturis prius de vomitu in genere, quid sit, dicendum, ut dehinc eò melius pateat, quid per vomitum nimium sit intelligendum, cum a generalioribus ad specialiora facilius procedat tractatio. Est igitur *Vomitus* in genere spectatus, humorum aliorumquæ in ventriculi cavitate contentorum & huc affluentium ex eodem per os excretio à ventriculi motu peristaltico inverso producta.

Genus à ratione formali petitum statuitur *Excretio*. Hujus autem variae observantur species, ut sunt *naturales*, quae ita dicimus, cum in statu naturali requirantur. Exque vel intra corpus subsistunt, ut excretio est bilis in intestinum ductum, vel extra corpus expellunt. Hae rursus vel excrementitia & inutilia excernunt, vel ea, quae ad conservandam speciem faciunt, uti excretio lactis & feminis. De his potius nobis sermo est, quae excrementitia, si vel maxime sint à posteriori talia, excernunt, ita tamen, ut si retineantur, corpori molestiam creent. Occurrunt quoque *præternaturales* in statu præternaturali tantum praesentes, & sunt partim strictè sic dictae symptomaticae, quae cum laesione corporis fiunt, partim criticae, quae in ejus salutem vergunt. Cum laesione autem corporis fiunt vel ratione actionis auctae, ut sunt omnes excretiones nimiae, ut sudor colliquativus, menses immodici, vel ratione actionis depravatae, & quidem quoad materiam excretam, quae excerni non debebat, ut alimenta indigesta in lenteria. Quoad locum depravata est actio, si in convenienti expellit, e. g. è pulmonibus in hæmoptysi. Sunt & aliae, quae neque ad naturalem statum strictè sic dictum neque præternaturalem referri possunt, licet tam ad illum conservandum, quam ad hunc inducendum disponere possint pro cæterorum conditione. Quapropter has excretionem *non naturales* termino in scholis medicis usitato nominare liceat. A naturalibus enim recedunt tam actionis auctione, quando largius evacuatur, atque in statu naturali contingit, qualis excretio est sudor ex aëre calidiore & motu, quam materiae excretæ ratione, cujus excretio saltem huic subiecto ordinariè non competit, v. g. sanguinis per hæmorrhagiarum, tum quoque respectu loci, ubi educunt, à naturalibus differunt, si nimirum iste naturaliter seu ordinariè non aperitur ad excernendum. Cum præternaturalibus vero non conveniunt, quatenus mitiores non eundem statum partium præternaturalem arguunt, uti jam dictus sudor à motu. Qualis vomitus quoque in genere spectatus pronunciandus, quod

consideratus naturalis stricté appellari nequit, cum ori-
n ventriculi superius receptioni alimentorum non vero
ioni sit destinatum ordinariè , Neque præternaturalis
er dicendus est vomitus, ut si e. g. reddantur, quæ ni-
copiâ ingesta erant, tam esculenta, quam potulenta,
credo, status p. n. exinde concludendus non est. Quo
spectat arte institutus cum aliis talismodi evacuationi-
si eventus quoque artis instituto respondeat.

§. IV.

Ex quibus paulo longius de excretionibus dictis jam in-
scere potest, unde *Differentia specifica* in definitione vom-
etenda, quam desumimus à materia, quæ excernitur, de-
à via, per quam excernitur, cui additur subiectum & tan-
causa, quæ immediatè vomitum producit.

§. V.

Ad *materiam* quod spectat. adducuntur in definitione
ores. Hi enim primum locum sibi vendicant potissimum
cretionibus, ut quibus reliqua excernenda maxime pro-
entur. Ejiciuntur autem in vomitu humores in cavit-
ntricoli contenti, qui tum erant ex deglutitis alimentis,
&c. tum ventriculo ex glandulis suum contribuentem
olum, & cum iisdem omnia simul reliqua in ventriculo
ata, ut partes alimentorum nondum solutæ; mucus i-
ipse ventriculi tunicam villosam obsidens in fortiori vo-
eliminatur. Affluunt præterea continuo non solum ex
dulis seu poris ventriculi humores, qui iteratæ evacuatio-
ateriam præbent, sed & ex intestino duodeno bilis, suc-
pancreaticus, alique ex glandulis ibidem sitis stillantes
ores, Quin imo ex tota massa sanguinea, continuato
itu, humores eliciuntur ad ventriculum, qui per dictas
dulas & ductus accedunt, non exclusis, quæ vel œsopha-
in via contribuit. Hæc sunt ordinaria, quæ per vomitum
ebantur. Extraordinariè quoque sanguis ex apertis oscu-
lorum sanguiferorum & ipsa excrementa alvina teterri-
nalo per vomitum emittuntur. De iis vero, quæ ex aliis
bus per consensum evacuat vomitus, e. g. ex pulmo-
nibus

nibus, pituitam, cum brevitati studere lubeat, non est, quod
hoc loco dicam, cum primario ventriculum saltim respiciamus.

§. VI.

Pergimus ad *viam*, per quam fit excretio in vomitu. I
ximus autem in definitione, e cavitate ventriculi per os pr
cedere nimirum evacuationem. *Via* igitur est os, ad qu
contenta ventriculi per orificium ejusdem superius œsoph
gum, pharyngem, fauces propelluntur.

§. VII.

Itaque de *subjecto* apparet, quod principale vel primariu
fit ventriculus, per quem enim primario omnem actum v
mendi exerceri, excretionemque immediatè fieri, nemo e
qui negat. *Subjectum* verò adæquatum est primò inter
num duodenum; quippe quod per consensum contrahitur
vomitu, humores in se stillantes largius advocat, exprimit,
que in ventriculum eruclat. Porro quoque ad *subjectu*
adæquatum referendæ sunt partes ventriculo & intesti
duodeno vicinæ, ut hepar, pancreas, lien, mesenterium, i
canalis intestinorum reliquus, quæ partes commoventur
mnes per vomitum, & sic in iis contenti humores promov
tur, & ex parte per vomitum removentur. Sic & tho
cum pulmonibus non excludendus est, cum per diaphrag
fursum motum concutiat, ut humores stagnantes per al
ram arteriam extrudantur. Quin totum, quantum quant
est, corpus simul per consensum quatitur, quò fit, ut unive
lis ex corpore contingat evacuatio.

§. VIII.

Sequitur jam *causa*, quâ ventriculus hanc excretion
præstet. In definitione immediata vomitus *causa* appel
est motus peristalticus inversus. In motu enim peristal
naturali contractio, quâ propelluntur contenta, incipit su
rius & tendit deorsum. Motus verò peristalticus ventri
inversus fit, dum contractio fibrillarum incipit, in dextra v
triculi parte circa pylorum & hinc procedens coarctatio c
tenta versus orificium sinistrum impellit, quod resistendo
par aperitur, ubi quâ data porta excreta ruunt, & per mo

lticum talem inversum similiter per œsophagum contin-
n ulterius propelluntur. Necessè vero est contractio-
ncipere juxta pylorum, alias si inciperet circa orificium
m, id quod *Willis.* asserere videtur in *Pharmac. rat.* con-
otius versus dextram partem pelleret, Sin vero fieret
atio ab omni parte simul, ut tantum orificium aperi-
quia contenta non simul exitum invenire possent per
n pylori angustam, sequeretur, non posse fieri vomitu-
nisi ventriculo satis repleto, quod contradicit expe-
, cum in jejunis vomitus occurrant, neque postero-
lo fieri posset, ut bilis adscenderet in ventriculum.

§. IX.

tunc autem motum peristalticum inversum nihil aliud
uam convulsionem, nemo negare potest, cum pari mo-
ue aliæ convulsionum species in motu musculi depra-
consistat. Motus verò musculi contractione absolvi-
inc depravatus est, quando extraordinaria fit con-
, eaque in specie, si cum *κλόνω* seu restitutione reciproca
t. Quæ facillimè ad ventriculi motum in vomitu,
e peristalticum inversum applicari possunt. Ventricu-
utem esse organon musculosum, hoc tempore non am-
indigere probatione arbitrati sumus.

§. X.

Ne verò longius excurrat hæc tractatio, properamus
sam mediatam proximior, quæ producit hanc ventriculi
llsionem, eaque statuitur *irritatio fibrillarum*, quæ fit,
lo improporcionatè afficiuntur. Hoc autem accidit vel
athicè, vel sympathicè: Idiopathicè à contactu objecti
oportionato in tunicam nerveam factò, quod molestam
sensationem. Quâ acceptà tunica maxime sensilis se-
gat, crispat, & sic in consensum ducit tunicam musculo-
spiritibus hinc impulsis atque explosis. Ea denique
sta sensatio inducitur tam à nauseosis, quæ tunicam deli-
sensu præditam molestant, quam ab iis, quæ titillando
endo & vellicando id præstant, uti sunt maxime parti-
Θno Ales acres, quæ id efficere possunt, e. gr. in vo-
B mito-

mitoriis; præstant & instrumenta chirurgica istuc pertinet, quale jam obsoleta erat excutia ventriculi, de qua lubeat *Dn. B. Wedelii Diss. Præceptoris mei in cineribus de venæ de excut. ventric.* Idem valent alia corpora incongrua, ut meses, de quibus ut & de pilis atque inconvenientibus alimantum excitantibus collegit plures observationes *Schenk. p. 364. 365.* Neque prætereunda extensio fibrillarum v. g. à titate alimentorum nimia ingesta.

§. XI.

Per consensum vero infertur vomitus ob connexionem v. g. diaphragmatis, quod interdum in tussi simul cum ventriculo atque ita irritando vomitum excitat. Ob membranam continuam in alia parte irritatam, ut titillatio faucibus, sic à clystere injecto vomitum oriri in iis, quorum viscera sunt teneriora, *Willis.* eandem ob rationem affert *Pharm. rat. Sect. III. c. III.* Per nervos vomitus sympathice infertur (ut quorum haud paucis ventriculus est dotatus primis circa orificium sinistrum) quando vel in eorum principio, vel in alia parte irritantur, nempe nervi paris vagi intercostales, illud fit in percussione capitis, vulnere capitis, quorsum & trahi potest motus in navi, vel rhedâ in itinere, quatenus tunc itidem motu quasi concussorio cerebrum commovetur: in alia parte irritantur nervi paris vagi & intercostales v. g. in nephritide &c.

§. XII.

Quod ad causas mediatas remotiores spectat, nostri instituti pertractandis eisdem inhærere, ac tam internas, externas, quarum hæ sunt alimenta, medicamenta & venæ illæ autem vel in ventriculo genitæ, ut cruditates varii generis, vel aliunde accedentes, ut bilis, item liquor glaucus ventriculi, quando lymphæ in toto peccat, speciatim censere. Ad quas etiam referenda conformatio ventriculi. Sic observavit *Ill. B. Wedel.* vomitum ab angustia ventriculi in muliere solâ paucitate ciborum curandum. Fæcit obstructio pylori a tumore, inflammatione, quæ passim servata invenitur, uti apud *Anton. Beniven. de abdit. mor. sanat. caus.*

§. XIII.

erentiam verò vomitus si attendimus, est vel sponta-
vel arte factus, atque ille vel criticus vel symptoma-
emque vel idiopathicus, vel sympathicus. Ratione
excretæ multifariam differt, uti se offert cruentus,
us &c. Ita quoque est vel periodicè tantum, vel con-
ffligens. Alias divisiones ut silentio involvam. Ra-
ventus vel effectus, quem præstat in corpore, vel salu-
vel noxius. Noxium in genere parit effectum, si vo-
est nimius, id quod casus noster pluribus docet.

§. XIV.

æmissis igitur, quæ ad vomitum in genere pertinebant,
apparet, quid per vomitum nimium seu *Hyperemesis*
are velimus; quando nempe vomitus plus justo augen-
nero, cum patientis summa *δυσφορία*, quam interdum
sequuntur symptomata. Communiter à Medicorum
næis sex vel octo ad summum ad legitimam evacuatio-
atuuntur sufficere, uti numerus, quem experientia cor-
vit, ratio comprobavit: Nam robustus sit oportet, qui
cum Euphoria potest sustinere. Si evacuatione igitur,
tis est, peractâ, per se cessare quasi renuit vomitus, sed
& vel numerum vomituum convenientem duplicat,
s tandem impares videantur longiori excretioni, tunc
quirit, ut nimius, cum periculum sit, ne graviora ma-
o ipsa mors sequatur.

§. XV.

Non vero accuratè determinari potest numerus, quis sit
§. Maxime autem in *Hyperemesis* definienda respicitur ad
qui secundum speciem talis, ut, uni subjectorum qui
s, maximæ quoque parti ejusdem ætatis & lexis talis sit
lus, non autem, quod secundum individua ita semper
beat, siquidem dantur, qui ob idiosyncrasiam perfer-
nitum recusant, atque exinde *Hyperemesis* dicenda, quan-
tione quantitatis solum vomitus subjectum lædit. In
autem casu ad unum omnes vel rudes artis medicæ per-
nt, sat esse peccatum vomituum numero, & giganteæ
con-

constitutionis sit necesse est, qui 40. vomitus cum eup
admittat, cum sæpe vel dimidia quantitas ad animam ev
dam sufficiat.

§. XVI.

De *subjecto Hyperemeseos* tum *primario*, tum *adequato* n
quod multa h. l. differamus, cum idem sit cum subje
mitus: illud scilicet est ventriculus, in quo afficitur tuni
vea perpetuâ irritatione ac stimulatione, à qua in conse
tracta musculosa excretionem nimiam præstat, atque ita
liter intestinum duodenum, ut subjectum adæquatur
connexionem simul nimis convellitur, & motu perist
inverso agitur, quo contenta & maxime bilem in ver
lum effundat, & sæpe iterati stimuli fomes ibidem quær
& sic cæteræ corporis partes vel ob connexionem propi
rem vel ob consensum generis nervosi, quod in vom
mio graviter afficitur, concussione & quasi convulsio
bro repetita suam ferunt labem.

§. XVII.

Sic nihil quoque habemus, quod ad *causam imme*
addendum videatur, cum vomitus in genere spectati
immediata conveniat quoque cum ea, quæ est nimii
dem hunc pari modo inversus motus peristalticus crebri
tum repetitus profert. Præterimus quoque causam me
proximior, quæ est irritatio fibrillarum nervearum
constans, cum itidem de illa superius jam actum sit.
diata vero remotior *Hyperemeseos causa* est vel interna vel
na. Interna maxime statuenda est bilis acrior, quæ per se
ludit tragædiam, quod sæpe in cholera videre est, ne
tem hic saltem eam consideramus, quatenus in vomit
facto producit nimium, quia nimium, dum nempe a
emetico supervenit Hyperemesis. Præ cæteris autem a
detur ad hanc excretionem movendam ob $\ominus$ volatile
copiosum possidet, verum in statu naturali temperat
paulo $\ominus$ ibus $\oplus$ dis. Vid. Excell. Teichm. *Præceptor meus et a*
lendus in element. anthropol. cap. XX. Sin vero volatilius il
redditur atque acrius, quam in statu naturali debeba

um ad vomitum majorem præstat prolektum ad ventricu-
 , inprimis si quantitate majori simul peccet.

§. XVIII.

Causa externa vero, quæ solitaria *Hyperemefin* affert, est vel
 icamentum vel venenum. Medicamenta sunt emetica,
 raftica seu fortiora, vel non rite præparata, aut dofi nimia
 bita. De hisce medicamentis drafticis bene afferit
fius parum a venenis differre: sæpe saltim in effectu
 ac ne vix quidem differunt, inprimis si non sint rite adhi.

Venenum si est, quod vim habet alterandi corpus in
 um pejorem, id certe quoque de medicamentis pluribus
 oribus & maxime de emeticis drafticis valet, quapropter
 edicamenta venenosa, five quæ insigniter nocere possunt,
 nam partem sunt referenda. Econtrario de venenis qui-
 lam constat, si præparata, vel dofi decenti adhibita, non-
 quam innoxia fuisse.

§. XIX.

Pollent autem medicamenta hæc Θ e volatili acriori spe-
 o elastico, quo irritationem fibrillarum nimiam præstare
 unt. Θ le volatili elastico pollere medicamenta vomito-
 (primario & directe magis talia) satis superque ostendit
Wedel. in amœnitat. mat. Med. cap. de vomitor. Nam fixa
 a non ita penetrant in tenuissimos poros fibrillarum ner-
 rum, quibus simul constat tunica nervea ventriculi, utæ
 ntimè stringant & crispent, id quod necessarium est ad
 ducendam convulsionem ventriculi seu motum peristalti-
 n inversum: Nam sæpe eroditur ventriculus absque tamen
 nitu nimio, uti a potu ∇ , de quo passim observationes
 eri possunt, ubi nullus vomitus insecutus. *Vid. Schenk. obs.*
VII. p. 996. itemque Sennert. prax. lib. VI. p. VI. c. IV. Sed ne-
 e esset, *Hyperemefin* sequi, si sufficeret ad illam efficiendam,
 ocunque modo tunica nervea pungatur. Neque semper
 vomitum movere visus est, *vid. Schenk obs. l. c. p. 990. 991.*
 extant de potu ∇ & ∇ o imprægnatæ, quæ pro fuco mu-
 bus in usu erat, & hausta gravia peperit symptomata, non
 B 3 vero

vero vomitum ; hinc concludendum, Θ quod vomitum citat, videri alcalicis Δ libus constare simul particulis.

§. XX.

Quoad medicamenta igitur emetica, fortiora in spe quorum 3. gradus pro majori vel minori virtute draſtica tuuntur, ex vegetabilium claſſe maxime huc ſpectat *Helius albus* ab aliis inter medicamenta, ab aliis inter venenatus, olimque *Hippocratis* ævo magis, quam hodie probatus. De inſignibus, quas intulit, malis *Vid. Foreſt. lib. 30. obſ. 9.* refert de muliere, quæ ſtatim poſt aſſumptum *vinum bellebæum* incidit in defectum animi, anhelitus præfocationem, mitum enormem cum alvi obſtructione *vid. lib. 30. obſ. 9.* dem tere ſymptomata in alia obſervavit muliere, ubi ſalſeſceſſus nimii inſuper affligebant *vid. l. 18. obſ. 44.* Præter plura ex regno vegetabili petita emetica, ut *Fol. nicot.* item ex *fambuco* deſumpta, quarum violentius quædam operantur. Sic de hypercatharſi ex eſu *ſurionum ſambuci* videre eſt in *E. merid. Germ. Dec. II. ann. IX. obſ. 7.* Ex regno animali ſal proſtat ſordidum illud naſeoſum & draſticum *infuſum ex ſura ungu. human.* quod activitate ad $\frac{1}{2}$ iata accedere dicitur.

§. XXI.

Inter mineralia eſt $\frac{1}{2}$ vit. qui $\frac{1}{2}$ ii mortis nomen à nullo retulit, licet inſons per ſe, ſi rite præparatus ſit. *Vitrum* $\frac{1}{2}$ occurrit quoque varii generis, ut *hiacynthin.* ſi *num puniceum*, quodlibet in ſubſtantia datum inter venenatum fertur, ſaltem pertinet ad $\delta\epsilon\alpha\sigma\iota\chi\acute{\alpha}\tau\alpha\tau\alpha$. Novi tamen quendam ſine noxa qui applicuit ad $\Theta\beta$ per additam radicem certam aromaticam correctum. Pari ratione ob vehementiam adhibentur alia $\frac{1}{2}$ iata emetica, ut *croc. metall. regul. $\frac{1}{2}$ ii*, in fuſo vero tutius exhibentur, neque tamen ſic ex $\delta\epsilon\alpha\sigma\iota\chi\acute{\alpha}\lambda\iota\epsilon\omega\upsilon$ ſu exempta, ut ſunt ∇ *benedict. Ruland. Sapa emet. Lemery.* ſunt porro ex $\frac{1}{2}$ io quod recte à *Rolfincio* vomitoriorum appellatur, *Flor. $\frac{1}{2}$ ii* qui tamen non æque adhibendi.

§. XXII.

Inter venena huc pertinentia, nempe quæ *Hyperemeſin* citandi facultate pollent, maxime *Arsenicum* referunt, cujus

m vis deleteria in vulgus nota est, eamdemque principio
ustico activo Θ no Δ eo volatili præstat, & vomitus atque
cessus excitat; attamen, ut medicamentum quoque adhibe-
r à quibusdam interne ad *gr. j. ij.* Pari ratione *Turpeth. min.*
aliis in usum internum trahitur, ab aliis accusatur ut vene-
m. Ex quibus apparet, venenum fere non dari absolutè,
od nempe semper, quâcunque quantitate, præparatione,
odo applicandi omnibus pariter noceat, sed nonnunquam
odesse possit. Sic quoque medicamenta non rectè nimi-
m applicata, evadere posse venena, palam est.

§. XXIII.

Quid igitur in nostro casu sentiendum sit, an fuerit medica-
mentum, an vero venenum, quod pilulari formâ exhibitum erat,
quirendum. Ex supra dictis patet, medicamentum vomitoria for-
ora insigniter nocere posse. Quapropter tale fuisse, nempe
asticum, ex vomituum numero ferè apparet: nam 40. vo-
itus excedunt longius, quam ut possint mitiori medicamen-
adscribi, quamvis dosi nimia sit adhibitum; tandem enim
dicitur medicamentum ejiciatur necesse est, priusquam ad
ntum numerum vomitus pertingant. Sin vero medicamen-
m est magis activum, insinuat se altius in tunicam ven-
iculi, ut non statim iterum extricari possint particule hæ
ctivæ. Accedit, quod & ante operationem stimulo suo for-
ori lipothymiam produceret. Speciatim autem illud investi-
are, an fuerit $\S$ vit. an aliud quidpiam, merito supersedeo.

§. XXIV.

Inter causas, quæ ad hunc affectum remotè potuerunt
sponere, huc trahi potest *rebus naturalibus* temperamentum
melancholico-cholericum, quod siccius bene quidem fert
omitum; Sed si augetur, & nimia fit evacuatio atque agi-
tio humorum, tunc hi pariter, atque spiritus efferatiores
edduntur. E rebus non naturalibus huc introducendus abu-
s $\S$ vi. qui in hoc temperamento particulas ∇ eas temperan-
es resolvit atque dispergit, Θ no Δ eas acres verò magis ex-
tat, quo bilis redditur acrior; atque ita adjuvat stimulum in
entriculo majorem. E *rebus præter-naturalibus* sunt crudita.
tes

tes in primis viis acres & tenues, quæ prodixerunt nausea & stimulum quoque ad vomitum addiderunt.

§. XXV.

Effectus autem noxius *Hyperemeseos* vario modo se prod. Quis enim nescit, evacuatione humorum laudabilium corpus debilitari, partes serosas blande temperantes eliminari indeque reliquos humores efferatiores reddi. Sed hæc cum aliis evacuationibus communia habet; præsentius autem nocet motu violento, quo ventriculum torquet. Quam crebrius enim repetitur hæc convulsio, tanto magis costringitur & constrictus partes connexas in motum secum trahit molestissimum. Hinc cardialgia, dolor pungitivus pectoris maxime dependebant à ventriculo & partibus aliis adjacentibus convulsione nimia cruciatis. Vomitum vero cruciatum quod attinet, maxime proveniebat à ruptura venulæ, dum sanguis per convulsionem ventriculi in venis comprimebatur atque exitum huc affectabat.

§. XXVI.

Accedo ad lipothymiam, qua patiens tam ante vomitum quam eodem durante corripitur videbatur. Per lipothymiam intelligo subitanam virium cessationem in edendis actionibus animalibus cum pulsu & respiratione maxime imminuta. Quatuor aliàs hujus symptomatis statuuntur gradus pro majori vel minori actionum dictarum imminutione & respectu abolitione. In patiente nostro ex relatione adstantium fuit sat gradus lipothymia ad Syncopen nonnunquam accedens cum sensu in tantum abolitione.

§. XXVII.

Non equidem insuetum symptoma, quod post purificationem nimiam se exerit ab exhaustione majori spirituum humorum proveniens: spirituum, quatenus tunc non fluxus fieri potest ad partes: humorum, dum sic circula sanguinis impeditur, & inæqualis redditur sanguine non tanta quantitate præsentem, quantam vasa requirunt, quociens & cor versus non sufficiens refluit. Alia insuper subest ratio accedentis lipothymia, quæ ante vomitum quoque patientem

travit : tunc enim ☉ Ali acrius actum deducto molestâ
atione affecit fibrillas nerveas & præcipuè circa orificium
trum, quâ spasmodicè contractâ motum hunc continuâ.
ad cerebrum & spiritus ventriculum versus quasi traxe-
motu subitaneo, unde influxus spirituum huc afflue-
ad reliqua organa cessavit aliquantum sufflaminatus.

§. XXVIII.

Quod clarum est ex eo, quod à doloribus proveniant
que lipothymia, confirmante experientiâ & *Foresto* præfer-
in duobus ab ileo syncopen passis *lib. 7. Obs. 3. 4.* Qui
in *scholia ad obs. 4* addit : *Omnis, quæ in os ventriculi*
erit gravis offensa in eam syncopen conjicit, quam stomachicam
nt. De qua legi potest *Ettmull. cap. de lipothym. Hagendorn.*
is obs. puerperam refert vermes *ἀνω καὶ κάτω* rejicientem,
m excretionem præcesit nausea atque lipothymia. In nau-
enim maxime orificium ventriculi sinistrum afficitur, quod
onstringit ; hinc, uti dictum, spiritus huc magis ad par-
sensiliorem irritatam vergunt, & ad reliqua organa sen-
a occupanda fatiscunt & deficient.

§. XXIX.

Sequuntur jam quædam de convulsionibus dicenda, quæ
nostro patiente occurrerunt. Superius ventriculi convul-
em, quæ fit in vomitu, tetigimus. Hoc loco, misis alio-
de vocis hujus acceptione opinionibus, per illam & mo-
convulsivos intelligimus contractionem musculorum præ-
naturalem cum *κλόνω* seu involuntariam musculorum con-
tionem & restitutionem iteratam. Si enim musculus se con-
it, & sic rigidus permanet, vocatur magis spasmus seu
vulsio spasmodica ; sin vero, altero musculorum se contra-
te, antagonista se stringat & restituat contractum, voca-
magis convulsio & à quibusdam motus convulsivus, qui
dicto modo sæpe sine intermissione reiteratur, & maxime
is, uti in nostro patiente, occupat.

§. XXX.

Causa statui possunt particulæ quædam ☉ Ales elasti-
acres, tenues, quæ intimius sese in fibrillas nerveas, qua-
C
qua

qua verſum per circulationem ſanguinis delatæ, inſinuari
atque earundem irritationem & convulſionem produxerunt.
Sed apertum ſimul eſt, per conſenſum oriri potuiſſe convulſionem, ab ea nimirum, qua ventriculus ſub vomitu tor-
batur, ut ſic in conſenſum tractum ſit genus nervoſum. Quo-
do enim fibrillæ nerveæ, præſertim copioſæ, in parte ali-
conſtipatæ inſigniter irritantur, tunc motum quaſi convulſi-
vum ſuſcipiunt, & ad cerebrum continuant, unde ſpiritus
non in hanc partem ſolum copioſius & irregulariter influ-
motumque præternaturalem excitant, ſed ad alias quoque
tes motu ſimili feruntur. Ex quo motus convulſivi ipſa
adeo epilepſia ſuam ducere poſſunt originem. Aliquanto
curatius autem de hac cauſa ſub epilepſia perſpiciemus.

§. XXXI.

Convulſionis ſummum gradum eſſe epilepſiam me-
ſtatuendum, ut quæ nihil aliud, quam motus convulſi-
corporis cum *ἀναστροφή* ſeu ſenſuum internorum atque exte-
rum ad tempus abolitione. Hæc autem eſt vel univerſalis
quando totum corpus, vel particularis, quando ſaltem
vel altera pars convellitur. In noſtro patiente univerſalis
rat, ubi non artus ſolum, ſed & totum corpus ſurſum
hebatur & retrahebatur. Omiſi quidem in relatione cauſæ
facile tamen ſub ſymptomatibus conſuetis ſubintelligi
ſunt.

§. XXXII.

Nolo autem in Epilepſiæ hujus ſymptomatibus, quippe co-
munibus explicandis hæſere, ſed cum ejusdem immediata
ſa in irregulari & quaſi exploſivo ſpiritu in nervos
ſeu influxu conſiſtat, atque ab irritatione proveniat, cauſa
ſtatio jam eſt, quidnam irritationem tantam præſtiterit in re-
ſto viro, à quanta ſpiritus in hunc motum agi potuiſſet.
Jam pro cauſa convulſionis allegatus eſt tum conſenſus
ventriculo, tum partes quædam ex vomitorio in fibrilla
iam nerveas extra ventriculum conſtitutas ſubintrantes.
inde per conſenſum & quidem eum, qui eſt cum genere
voſo ſeu à continuata tantum convulſione, uti §. 30. i.

imus , oriri posse epilepsiam , eamque non in infantibus
am , ut qui ob fibrillas debiliores facile à dentitione diffi-
vermium rosione epilepsiam patiuntur , sed etiam in ad-
s pluribus observationibus evinci potest.

§. XXXIII.

Ut taceam auram illam ex digito, pede ad caput adscen-
tem , quam ægri ante paroxysmum epilepticum observa-
t, ut satis indicii, per consensum nervorum eum accessis-
id. Schenk. obs. lib. I. p. 18. 19. Forest. lib. X. obs. 67. 68. Sed e-
psiam per consensum ex ore ventriculi laudatus refert
enkius à Galeno observatam, qua licet æger per bonam diæ-
curatus esset, quoties tamen nimis diu jejunus permane-
, convulsionibus corripiebatur. *vid. Schenk. l. c.* Huc facit
m epilepsia ex colica , quam notavit *Thonerus obs. 139.* Ve-
n enim vero cum tremor & convulsiones vel Hyperemesi
atâ diutius durarent , concludendum est, vomitorii parti-
elásticas subtilissimas adhuc dum fibrillis nerveis insedisse,
uibz epilepsia prius erat producta. Sed tamen consen-
n cum ventriculo se habere , ut causam remotam concur-
tem, colligi potest exinde, quod epilepsia vomitu solveba-
, indicio, stimulum in ventriculo tunc ad excitandum pa-
ysmum fecisse , seu causam jam intrinsecus in fibrillis hæ-
tem in actum duxisse. Pari ratione à purgante giato vi-
am epilepsia cum convulsionibus uterinis, abdomen in al-
n molem tollentibus, hinc artus pervagantibus sustinuisse,
dit *Hagedorn. in obs. Cent. l. 22.*

§. XXXIV.

Cum tremore convulsivo, cujus causa nempe continua-
tatio ab acribus vomitorii particulis jam est insinuata, ad-
t quoque post paroxysmum epilepticum ardor ventriculi
itis. Utrumque producebat materia Θ no- Δ ea acris Alis,
e ventriculum adhuc obsidebat , à vomitorio & bile ube-
s adducta conspirantibus & ventriculo talem sensationem
erentibus.

§. XXXV.

Restat tandem delirium considerandum. Quod voca-
bulum

bulum dupliciter accipitur, latè vel stricte : latè pro quæ
mentis alienatione : stricte vero pro transitoria tantum. I
que cum ad illa nempe latiori sensu accepta deliria tam a
ta, ut phrenitis, paraphrenitis, quam chronica, ut mania, r
lancholia referuntur : tum sub horum notione seu transi
riorum comprehenduntur symptomatica cum vel sine feb
ebrietas, item deliria à venenis, Quapropter & in nostro
su se offerens illis adjungatur.

§. XXXVI.

Per *Delirium* in genere intelligitur depravatio phanta
quâ ideas absurde tum componit, tum sejungit, ab irregu
spirituum in cerebro circa easdem motu dependens. N
enim quævis depravatio phantasiæ est delirium, utpote c
in vertigine quoque animadvertitur. Sed in illo est intimi
cum species falsæ & absurdæ allatæ pro talibus revera hab
tur. Non autem excluditur sensus communis, qui in nos
patiente depravatus satis apparet, cum species allatas non
te apprehendat, sed in omni delirio depravata phantasia
oportet, cum species allatas seu ideas non rite dijudicat.

§. XXXVII.

Subiectum delirii pluribus excutere instituti mei non
sufficiat, indicasse esse cerebrum & speciatim partem ejus
dullarem, quippe quæ sedem sensibus & externis & inter
præbet : nam pars ejusdem corticalis secretioni tantum sp
tuum est dicata. Speciales verò loculos singulis sensuum
stinatos & distinctos, nemo adhuc eruit validâ ratione, nec er
re poterit. Itaque specialius subiectum delirii nequimus in
stigare.

§. XXXVIII.

Causa immediata, uti omnium deliriorum, ita & hujus
irregularis spirituum circa ideas motus. Per regularem e
spirituum motum sensus vigent externi pariter atque inte
externorum organa ad recipiendum objectorum sensibili
motum apta redduntur, qui motus ad sensorium commune
fertur, ibidem apprehenditur, menti offertur, ulterius co
nuatur, cum aliis motibus impressis componitur, ut mens
re possit judicium conveniens, quæ iterum, quando ci
m)

tus spirituum potest instituere, atque sic varie ideas com-
mere ac sejungere.

§. XXXIX.

Si verò motus spirituum est irregularis, non possunt
omnia confuse procedere, quæ in talem motum irregu-
larem incidunt. Sed non omnis motus irregularis spirituum
irritum producit, id quod in epilepsiâ & vertigine patescit:
debet ita se habere circa ideas scilicet irregulariter, quando
apprehendendæ vel conjungendæ vel separandæ. Nam in e-
pilepsia motus spirituum est velocior & magis turbativus, quam
circa ideas dirigi possit. Quo fiebat, ut patiens noster, cum
motus turbativus & quasi explosivus inciperet, stupidus
esset. Quapropter hic motus debet esse æqualis & continua-
tus. h. e. sui similis procedat, necesse est, ne modò augeatur
ul & semel, modo remittat, sed sensim sensimque incre-
scat; Si enim confestim uno quasi impetu turbatio major con-
greditur spirituum & statim remittit, non potest hic ordinarius
dicari motus & naturalis. Hinc in vertigine circumrota-
tionis objectorum visus non statim pro verâ arripitur, sed ima-
ginatione habetur depravata. Verum si æqualiter (non ab-
solute, sed respectively accepto vocabulo) continuatur, &
gradatim augetur, anima huic motui sensim assuescit, & sic
vera falsa & absurda componitur & dividitur. De motu regu-
lari & irregulari spirituum vid. *Willis.* qui certis numeris velut
tripudio peragi. Quum motum ait, verum spiritus in delirio
quasi choreas bacchantium agere, omnes simul exilire, sibi
multuose occurfare & se varie proripere; item, quando
multuose feruntur, varias imagines seu memoriæ species
vel excitare & phantasmata incongrua animæ rationali
applicare autumat *lib. de anim. brut.* ubi plura extant.

§. XL.

Fateor, illa paulo uberiores deductionem requiri, sed
non longius est digressum in tractatione hujus delirii. Præ-
attenda tamen hæc erant, ut pateat ratio, quâ præsens deli-
rium sit productum. Causa vero mediata itidem inde pe-
tenda, ubi epilepsia suum acceperit malum, nempe à con-

stanti fibrillarum nervearum irritatione, atque exinde depre-
te earundem motu quasi tremulo, quo spiritus sine in-
missione sunt agitati, donec sensim sensimque motus eor-
dem factus est irregularis. Hæcce patent, uti superius
dictum, extremore continuo & subinde intentata convulsio
ut sic motus convulsivi & epileptici non tam sublati po-
tius, quam suppressi viderentur, in actum, datâ occasione, e-
pturi. Pari ratione colligi potest, in fibrillis minimis quo-
motum quendam durasse quasi tremulum, quo in nerveo
ptico præsentente omnia videbantur ipsi tremere & vivere.

§. XLI.

Idem judicium erit de auditûs sensu depravato, ubi
tiens noster audiebat lyras, tubas & quæ id genus alia, ut quæ
pariter videtur provenire à motu quasi tremulo p. n. orga-
rum ad sensationem hanc recipiendam facientium, ut sunt
dictæ Zonæ expansæ & membrana cochleam investiens. Quod
vero de cæteris rebus sanum ferre potuerit judicium, vide-
rationem afferre *Willis.* ubi de melancholicis circa unum
tem objectum delirantibus, motum irregularem spiritu
duntaxat in uno quasi tractu cerebri esse arbitratur, in
quis vero tractibus seu viis ordinate procedere. Quæ, si
deantur, facile possent applicari ad hocce delirium, ubi
xime affectæ sunt fibrillæ organa sensoria constituentes.
circo cum ab objectis motum seu sensationem perversè re-
perunt & receptam perversè continuarunt, sic deliras id
adduxisse putari potest, quas phantasia pro veris accepit, in
tu spirituum in irregularem inclinante, qui autem non a
irregularis fuisse censendus, ut omnes ideas in memoria
titantes confundere valuerit.

§. XLII.

Cætera, quæ afferuntur symptomata, facile possunt ex-
gari, quin imo quædam non indigere explicatione viden-
Quod igitur ad vigilias spectat, eandem causam agnosce-
quam spirituum motus irregularis in delirio, nempe irrita-
nem fibrillarum nervearum. Item evacuationem nimiam
morum, qui blande temperabant spiritus in statu secund-

ram, unde hi postmodum pro ratione temperamenti paulo majori motu ferebantur. Quæ autem vigiliæ non parum tribuebant ad delirium augendum. Vertigo maxime à spirituum motu inæquali oriri dicitur. Pulsus erat frequens ob multum humorum citatiorem, qui tamen non erat febrilis. Stupor erat ob convulsionem. In urina nihil æque attendebatur, nisi quod ob partes serosas depauperatas Urinæ magis concentratæ erant. Stupor itidem dependebat ab illis relictis à vomitorio residuis, quæ aliis partibus associatis Contractis constringebant nervos, & spirituum influxum in tantum impediebant.

§. XLIII.

Ad *Diagnosin* nihil amplius puto notandum occurrere, ut *Hyperemesis* per se pateat; &, quod ad causas facit percontandas, utrum nempe emeticum propinatum fuerit, an venenum, superius jam indicavimus.

§. XLIV.

Quod verò ad *Prognosin* spectat, *Hyperemesis* longius progressa, gravia tandem afferat symptomata necesse est. Constat, quæ evacuationem immodicam sequitur, aut singultus, malum, V. Aph. IV. Convulsio ab helleboro funesta V. Aph. I. Nec vero convulsionem ab helleboro semper lethalem, jam certus testatur Galenus V. Forest. l. X. Obs. 110. in schol. Ad primum, ubi exhausti sunt spiritus, mortem præcedit. Quod nostrum patientem pertinet, omnino periculosa symptomata sunt statuenda; sed spes erat, cum mox epilepsia cederet.

Delirium autem cum diutius duraret, mala ominari videbatur, & maniam ipsam fere prælagire. Addo adhuc exemplum: In morbis convulsivis primi delirii insultus periculo vacillans; attamen ejus frequens accessio diathesin in paralysin, carum & Alexiam non raro parit.

§. XLV.

CURATIONEM ut jam tradamus, quæ suprà dictis majori occurri possit, ordo postulat. Quod si hanc ritè aggredimur, secundum methodum consuetam, indicationes sunt præmandæ, ad quas dirigi cura debeat. Itaque prima indicatio

tio

tio est in hoc affectu, quem tractavimus: *Motus vitiosus ventriculi seu convulsio est sistenda*: deinde *symptomata urgentia sunt riganda*: & tandem *vires dejectæ tonusque ventriculi labefacti est restituendus*.

§. XLVI.

Convulsio sedatur ventriculi, quando causa ablata; circo acrimonia in ventriculo residens corrigenda diluere & temperando, quod præstant *Urea*, ut *potus Theæ*, ideoque lius ab illo potu habuit patiens noster, sed potus debet calidus, quò simul blandè demulcentur fibrillæ, frigidò aut gravius læduntur, quò malum exasperatur. Temperant quoque pingua & mucilaginosa, ubi nimirum veneni corrosio est suspicio, ut scilicet inviscant partes acutissimas causticæ & obvolvunt, fibrillas abstergant & lubricent, ut: *jus gallicum pingue V. Foresti de venen. Decoct. bord. cum C. C. & lacticia* & alia. Temperant quoque & absorbent *alkalium C. C. ust. Corall. r. preparat. Crystall. montan.* quæ speciatim *senico* est dicata, ut antidotum, itemque *§. 210*: nam si speciatim innotuit, quid venenosi sit assumptum, tunc ejus quoque specifica adhibenda sunt remedia, ut *fl. nymph. hellebori sumto*. Corrigitur quoque acrimonia educendo; sed cum alvus in nostro patiente soluta esset, materia per se huc urgebat exitum quærens.

§. XLVII.

Seorsim quoque sedatur convulsio ventriculi roborantibus adstringentibus, anodynis. Roborant ventriculum quidem *da-Quosa, aromatica*, sed hæc ob ardorem jam dum in ventriculo præsentem hoc loco non convenire in propatulo est, immis hausto *U*, malum exacerbavit patiens. Externè verò applicata optimè profunt, ut sunt *Ö. aromat. N. M. mac. ex Ö. destill. mac. menth. origan. &c. Ex theriac. & Ö. nucist. mentum balsamicum* paratur, *Empl. de crusta pan.* inprimis *atheriaca* atque *Ö. is.* Interne roborant *TR. corall. Essent. mac. adstringentia*, ut *U Lemn. Catech. TR. ejusdem sangv. drupulv. adstring. Wedel. rub. & alb. TR. traumat. Wedel.* Neque hîc adstringentibus insistendum, ne cardialgiam augeat.

idem anodyna sunt adjungenda, ut *laud. opiat. TR. anod.*
quæ utramque paginam absolvunt

§. XLVIII

Quoad symptomata urgentia debellanda, primò epilepsiæ convulsionibus prospiciendum: nam hæ urgebant, vomitu ac præsentente. Curam verò in paroxysmo suscipiendam, volatilibus ad nares applicandis, rutâ affricandâ, tanquam multis notam prætereo. Majoris verò momenti est extra paroxysmum eam gerere. Fit autem tum causam removen-
tut acrimonia illa generi nervoso infesta per trans-
tionem dispergatur absorbeatur, tum fibrillas roborando
quoque perficitur, & motum spirituum blandam restitui-
o, Id quod præstant specifica antepileptica.

§. XLIX.

In eorum classe primò se offerunt volatilia in
ro casu in principio non penitus omittenda, neque
dosi completâ propinanda, ubi maximè specificè se
mendat *liq. C. C. cordial.* qui aliis admixtus sudorem le-
provocavit, abactis convulsionibus & epilepsia, ut quæ
recedebat. Porro se commendant pulveres varii gene-
ut *Æna, unicorn. ver. corn. rhinoc. ung. alc. pulv epilept. Imp.*
March. pulv. epilept. 3. regn. dictus. ▽ antepilept. Lang. Ω.
in, qui maximo hic se commendat usu, nec prætereunda
ipsa opiata, etiamsi sint, qui rejiciunt, laudantur tamen
leo. Spindlero. Saltem in nostro casu non equidem sunt con-
nenda.

§. L.

Quod in delirio curam attinet, spirituum motus est re-
andus, mitigandus; Vigiliæ tollendæ: Utrumque opia-
bsolvitur adhibitis simul humectantibus, quæ serum blan-
deficiens restituunt, ut potus tenuis, qui satis est, item
gerantia, de quibus jam dicemus. Neque verò ab anti-
modicis abstinendum, cum causa, prout diximus, sic
itur.

§. LI.

Vires respiciunt analeptica, non verò calida, ▽. *fl. nampb.*
D *cinnam.*

cinnam cydon spec. diamargarit. cord. temperat. Ventrículo
prospiciunt leniora acidula, quæ simul sitim extinguunt
Sirup. de acctos citr. limon. Rob rib. berber. Sirup. violar. neque
tereundus est ipse ♀ ⊕ *dulc.* siquidem D. Michaël c
convulsiones in cholera ♀ ⊕ commendat.

§. LII.

Ad *Dietam* quod attinet, in rerum sex nonnaturalium
bene instituendam, aër calidus est eligendus, cum frigus
nervis inimicus: neque vero fit calidior justo, ne rare
sanguinis nimis augeatur, maxime in delirio. Cibus sit
ptus, ut juscula vitulina, gallinæ veteris, avenacea.
fit tenuis, non spirituosus. Ad quietem imprimis re
dus erat noster patiens, quem noctes diesque murium
lacra circumagebant & turbabant. Quod per lulum cha
rum tandem obtinebatur, utpote cui maxime alias d
erat. Nam cum desipientibus interdum desipere, m
medici prudentia, id quod in deliriis melancholicorum
cum successu versati optime norunt. De quibus curis
tur *Jun. Orat. IV. Consult. Medic.* Itemque *Manl. in libe
dico.* Animi pathemata graviora erant evitanda, ut
maxime ira, ob rationes in casu allegatas, cum nempe
convulsionibus comprehendi videbatur. Quibus ita g
ager reconvalescebat inque sanam mentem
restituebatur.

DEO TRIUNI GLORIA.

F I N I S,

* * *

Posthac percelebris *Latiae coquus esto culinae,*
Et quaecunque *coques*, nunquam mors inest *in*
olla,

Sed cuivis hominum semper sint grata palato:
Addito *grana salis*, sapiet tunc *esca salutis*.
Consvetas *Habacuc Danieli* detulit *escas*,
Tu *Daniel Medicam* miseris adfero *medelam*,
Sicque *Salutiferis* ægro remedeberis *escis*.

Ita

Nobilissimo & Clarissimo Dno. Defen-
denti, dignissimo Medicinæ Docto-
rando, voluit gratulari, & prospera
quæque precari

PRÆSES.

DE nimio vomitu Tua Dissertatio, KOCHI,
Tractat. Quâ lectâ, nemo, ego credo, vomet.
Ritè bonus *Coctor* conditque *coquitque coquenda*.
Quo factô, sapiunt omnia *cocta* bene.
Coctaque qui comedunt, his nausea nulla movetur.
Qui semel hinc gustat, vult sibi plura dari.
Doctorum in mensâ quæ ponis fercula, KOCHI,
Sunt condita satis, sunt quoque *cocta* satis.

Docto-

Doctorem nullus, credo, fastidiet illa:

Quò plus quis capiet, plus capere inde volet.

Cum bonus ergo *Coquus*, KOCH, sis, Tibi dicit
APOLLO

GERANUS: *Doctorem vis fieri? Ecce licet.*

Hos modò decretos DEUS ut fortunet honores,
Affini affinis pectore & ore vovet

HENRICUS Ehrhart,
Schol. Mich. Rect.

